

**Gregorius**  
**super Cantica cantorum Cap. II**

**T**u quid per lectulū sponse nisi oīj quietē intelligimus? Mens ēst que sponsum suū singulariter amat x̄m inquantū potest ab omnibus solleititudinibus mūdi vacat: virtutes quibus sponso suo placeat: intus accumulat. Que dum omnia que tē poralia sunt cōtempnit. Lectū sibi cū spō so in pace victorie facit: ubi quo quietius pausat: eo amplius flores inuenit: quib⁹ se decorā sponso ostendat. Dequit.  
**L**igna domoz nostrarū cedarina: laquearia cypressina.]

**P**er domos plures ecclesias intelligimus: per ligna cedarina predicatores defignam⁹: per laquearia cypressina ipos populos figuramus. Ligna ēst tectū sustentant: laquearia vero domū implent et ornant. Sic in sancta ecclesia predicatores boni scripturā diuinā in corde et ore portant: quā fidelibus expandentes predicāterti dum ecclesia predicatione celesti instruit muniten acipiunt: quo ab ymbribus temptationū protegant. Cedrus autē et cyprelus imputribilia ligna esse perhibent. Quibus bene omnes electi figurantur: quia dū temporalia nullo desiderio sequuntur: et eo q̄ mente in eterna sūnt. Responder sponsus et dicit:

**C**apitulū II. A  
**E**go flos campi: et lilyum conuallium.]  
Bene florē x̄pus se nominat: qui dum spinas peccatorū exterminat: mētem sponsi et pulchritudine sue iusticie exomat: et maribus cordis dū celeste desideriū applicat: interiora anime quasi odore resuscitat. Quia sequit adhuc et dicit:

**S**icut liliū inter spinas: sic amica mea inter filias.]

**B**ene sicut liliū inter spinas: sponsa inter filias esse perhibet: quia cū multi sint in ecclesia: qui solis verbis x̄pm cōfident: operibus vero nihil: nisi humanas sollicitudines fecerint: sola illa anima in lily diuitiā computat: que dū a mortalitatis

radice ad celestē pulchritudinē assurgit: et mūdicie candore corde et corpore subiūpi custodit: et proximos quosq̄ bone opinio nis odore reficit. Sed quia sponsus sponsam suā laude dignā habuit: ipa iaz ex debito laudat a q̄ le laudari perficit et dicit

**S**icut malū inter ligna silua rū: et dilectus meus inter filios.

**L**igna siluetria cui hominū abiles fructus non gignūt. Malus vero quod gignit cōgrue et salubriter homines edunt. Verito ergo per malū x̄ps: per siluetria vero ligna ceteri homines figurant: quia in solo x̄po cibum salutis quotiēs querimus inuenimus: et in eius verbis et exemplis animas nostras fructu suani et salubri reficiunt. Ipse est quippe lignū vite quā nobis tribuit: ipse est qui duz nobis semet ipm inspirat: animā pascit. In ceteris vero si quid refocillatiōis inueniamus: non qd illoꝝ: sed quod x̄pi est ab illis sumim⁹ quia quicquid in eis preter deū est mortis serū nobis proculdubio inuenimus.

**S**ub ymbra illius quem de siderabam sedi.]

**U**mbra christi protectio spiritus sancti. Spiritus quippe sanctus mentem quaz replet obumbrat: et quia omnem temptationū feruorē temperat: et dum aura sue inspiratiōis suauiter mentē tangit: quiescere possit nimirū vicioꝝ estus marcas dam fecerat: ymbra sancti spiritus protegens recreat: ut dum in eius inspiratiōe sedens pausat: vires colligat: quibus ad eternā vitam robustius currat. Dequit.

**D**icit fructus eius dulcis gutturi meo.]

**A**rbor quippe fructifera ipse x̄pus in corde nostro plantatus per fidē existit. Quā si mens digne et instanter excolit: fructus nimirū interius pulchros et utiles gignit. Quos dum mens capiens: audire comes dicit: omnes mūdi voluptates pre eius dulcedine postponit. Dulce enim est valde

## Expositio beati

## Gregorij pape

Sibi celestia cogitare: in eternitate oculuz  
intimū figere: ut aliquando in fletibus eti  
am mens accensa compungat: ut inter la  
chrymas subleuata: angelorum cibo ipa vi  
delicet sponsa quāto dulciss: tanto audi  
us pascat. Inde est qd, sequit.

**I**ntroduxit me rex in cel  
lam vinariam: ordinavit in me  
charitatem. ]

**Q**uid enim per cellam vinariā congru  
entius: & ipsam archanam eternitatis cō  
templationē accipimus? In hac eternita  
te angeli sancti vino sapientie inebriant:  
dum ipm deum facie ad faciem videntes  
omni voluptate spirituali faciantur. Hanc  
sancta mens si a sponso introducas: post  
positis omnibus temporalibus intras: in  
qua ex illis angelicis delitijs quantū sibi  
concedit gustat. Et qd adhuc si in corpo  
re corruptibili detinetur: et si perfecte nō  
sanat: tamen ex illo minimo qd cursim su  
mit considerat: quantū debeat amare qd  
amat. Potest tamen per cellā vinariam  
scriptura diuina figurari. Per hāc quip  
pe in spōla charitas ordinat: quia in eius  
doctrina manifeste dīscit qualiter deus &  
proximus ordinate diligat. Hac charita  
te percussa sequit & dicit:

**F**ulcite me floribus: stipate  
me malis: quia amore langueo.  
**P**er flores teneri quicqz & incipientes:  
per mala vero perfecti fideles designant  
Sponsa quippe quia amore languet ful  
ciri se floribus: et stipari malis appetit:  
quia dum se eternitatis desiderio afficit:  
dum qualevis illuc perueniat: tota anxie  
tate perquirit. Sed quia peruentione  
dū in carne vivit: omnino nō inuenit: fati  
gata in desiderio suo reqescit: & in hoc so  
lo gaudet: si circa se pspicit: vel qbus ipa  
p̄scit: vel in quoꝝ profecti de solationē  
de languore suo perspicere possit. Quibꝝ  
de sponso suo subsequēter hec dicit.

**S**Leua eius sub capite meo:  
& dextera illi amplexabit me.]

Per leuam sponsi vita presens: per de  
xteram vero vita eterna designatur. Per  
caput autem sponse mēs que anime p̄in  
cipiatur assumitur. Sed leua spōsi sub ca  
pite spōle esse dicitur: & dextera eius am  
plexatur eam: quia vitā temporalem sub  
mente sua semper ponit: vitam vero eter  
nam: vt omnino amplexetur concipi  
scit. Hec quippe que vider magnanimi  
ter mente sublimi conculeat: officijs cele  
stibus se occupat: Hec necessitate tolerat  
ad illa sumo desiderio qd brachio dexte  
ra sponsi astricta suspirat. In que cum ali  
quantulum intrat delectabiliter quiescit:  
cuius quietis dilectione mundanos tu  
multus omnino fastidit. Sic quiescen  
tem vtis sponsus amplius diligit: & ab  
eius excitatione improbos quosqz repel  
lit: dicens:

**A**d iuro vos filie hierusalem  
per capreas ceruosqz camporu:  
vt non suscitetis neqz euigilare  
faciatis dilectā donec ipsa velit.

**C**erui capree mūda animalia in lege ei  
se perhibentur. Quid ergo per ceruo et  
capreas: nisi fidem: spem: & charitatem  
accipimus. Quas dum nobis mundas  
seruamus: per easdem altos mentes con  
templatiois ascendimus. Sancta autem  
anima sponsa xp̄i a cunctis mudi pertur  
batiōibus quiete cere appetit: in sinu spon  
si sopitis: terrenis cupiditatibus dormi  
re sancto ocio cōcupiscit. Ita vt etiam ne  
cessaria colloquia aliquando fastidiat: so  
liusqz sponsi colloquitione quanto quietis  
ust: tanto serenius hylarescat. Sed hanc  
dormientem carnales qui sunt in ecclesia  
non inquitū impotuisse excitant: negoti  
is mundi eam implicare desiderant: quia  
eius vitam inutiliē existimat: dum ab  
eorum curis eam se abstinenter consider  
ant. Hi tales satis congrue non sili: sed  
filie nominantur: quia dum effeminatos  
mores nutrunt: virili dignitate amissos  
quales interiori habentur: exteriori nos  
mine femineo designantur. Di dilectam

super Cantica canticorum Cap. II

suscitare sub adiurationis pondere prohibentur: ne videlicet mentemque ad vacandum deo se accingit: solis spiritualibus studijs inberere concupiscit. impotens sollicitudinibus inquietus: et tenebris curarum terrenarum oculum cordis eius obnubilens. **E**t tamen non ei omnis cura proximi interdicitur: sed quando scitari debeat eius voluntati relinquitur: quia profecto omni: perfecte anime discerendum est: et quando celesti contemplatione studeat: quando proximorum utilitatibus inseruat. **H**anc vacandi deo licentiam libentissime sponsa suscipit: statim verbum sponsi amplectit et dicit:

**M**ox dilecti mei.]

**D**e si diceret: Hanc vocem dilecti mei sponsi esse recognoscere: hanc ab eius ore semper audire desidero: quia in hoc video quantum me diligat: cum me ab amplius eius viderabilis impedit non prohibeat. **A**d hos amplexus qualiter peruenierit: subito narrat dicens:

**E**cce iste venit salies in montibus transiliens colles.]

**A**d amplexus sponse sue christus venire disponeo: humanitatem nostram dignanter assumpit: ad quod mysterium peragendum: quasi salieus in montibus venit: quia quedam opera inter homines ostenditque valde sublimia sunt: et super homines esse perspiciens: humanum genus admirari potuit: sed attingere nequit. **Q**uem enim de virginie natus est: quod vagientem ad adorandum pastores angelus ammonuit: magos stella perdixit: pendens in cruce qua hora voluit spiritum emisit: et mortuos tercia die seipm suscitauit: et celum ingressus spiritus sanctus quibus sibi placuit: donavit. **D**e conscientia: quasi in montibus ambulauit: quo eum nulla creatura assequi valuit. In his nimis operibus colles transiliunt: quia sanctos omnes quantucunq; excreuerunt: potentia sue operationis transcendit. **D**e quo: sequitur.

**L**Similis est dilectus meus capree hinnuloq; ceruorum.]

**S**imilis capree bene esse dicitur: quia ex synagoga carnem traxit: que per capram ostenditur. **E**t quia ex antiquorum sanctorum stirpe progenitus est: quasi hinnulus ceruorum: recte esse perhibetur. Sequitur.

**M**En ipse stat post parietem nostrum: aspiciens per fenestras prospiciens per cancellos.]

**Q**uasi post parietem nostrum christus in carnem stetit: quia in humanitate assumpta diuinitas latuit. **E**t quia eius immensitatem si ostenderet: infirmitas humana ferre non posset: carnis obstaculum obiecitur: et quicquid magni inter homines operatus est: quasi post parietem latitans fecit. **P**er fenestras autem et cancellos qui aspicit: partim videretur partim vero se abscondit. **S**ic et dominus Jesus christus dum et miracula per divinitatis potentiam fecit: et abiecta per carnis infirmitatem pertulit: quasi per fenestram et cancellos prosperit: quia in alio latens: in alio quis est apparuit. **I**ncarnatus itaq; ecclesia sue: vel ynicuiq; perfecte anime loquitur: et ad eternam exhortatur patrem dicens:

**A**Surge propria columba mea: amica mea: formosa mea: et veni.]

**P**ropter fidem christus sponsam suam amicam vocat. Columbam propter simplicitatem: formosam propter operacionem: quia enim sine fide deo placere non possumus: bene per fidem amici vocamus: quia dum fide celestia appetimus: abies citis terrenis deo adheremus. **C**olumba vero bene anima propter simplicitatem dicitur: quia anima devota: dum simplicem dum cordis simplicitate perscrutatur: ne quaquam mundi ineptam leticiam dissoluta securatur. **S**ed semper ad eterna festans: columbe gemitu diligentem imitata

## Expositio beati

Gregorij pape

**P**ropter operationem anima formosa recte appellata: quia dum preterite vite' pecata per bona opera redimit: quasi antequam turpitudinem assumpta forma meliori ante sponsi oculos abscondit. Hanc itaque hortat sponsus: ut surgat et veniat: quia dignum est: ut quicunque ad amorem Christi prosperat: carnis torporum quantu potest abiicit: et le ad eterna coelestia celeriter accingat. Sed quia ut ad celestia festinemus per exhibitionem noui testamenti a deo acceptimus. Ideo recte sequitur:

**S**ed iam hiems transiit: hymber abiit et recessit: flores apparuerunt in terra nostra.]

Quid per hiemem: nisi legis austeritas intelligenda est? Quae dum in carnalibus sacrificiis populi antiquum detinuit: ad appetenda spiritualia et celestia obseruatorum suos non audiuit. Possimus etiam per hiemem vitas presentem intelligere: que dum nos assiduis temptationibus impedit quasi ymbribus importunitis ad sequendum Christum torpore compellit. Sed iam sponsa surgat: quia hiems transiit: quoniam quanto magis dies ultimus instat: presens vita recedit: et quo amplius tempus ad terminum ducit: eo citius currendum est: ne electa anima oblati sibi munericibus eternis priuet. Transiit enim dicitur: quia in proximo transitu esse non dubitat. Sequitur.

**F**lores apparuerunt in terra: tempus putationis aduenit.]

**F**lores apparuisse in terra dicuntur: quia sancte anime in celo recipiuntur. Et quia in hac vita quoniam hiems fuerit: non torpescunt: mox ut recesserunt in terra viventium gloriose floruerunt. Bene sequitur cum dicitur:

**T**empus putationis aduenit. Quia quo amplior electorum numerus in celo congregatur: eo celerius reprobi ab ecclesia: tanquam sacramenta inutilia amputantur: ut et mundus citius finiatur. Sequitur.

**T**ox torturis audita est in

terra nostra.]

**Q**uid per torturam: nisi ecclesia? Quid per terram sponsi: nisi vita illa beata degenerat? Sed vox torturis in terra sponsa auditam esse dicitur: quia dum pro desiderio suo sancta ecclesia deprecatra Christo in celo clementissime audiret. De quo recte subdit.

**S**uscitatio ptulit grossos suos.]

Quia sancta ecclesia martyres suos ad eternam patriam premisit. Post quos:

**V**inee florentes odorem derunt. Quia per uniuersum mundum exempla bonorum operum exercuerunt. Vinee utique flores producunt: cum singule ecclesie animas infideles ad fidei nouitatem per baptismum educunt. Sed flores ipsi odorem profert cum credentes anime exempla bona per suauem opinionem subiungunt et alijs aspergunt. Sed quia Christus utriusmodi exhortationis nos trahit: ut videlicet et preceptis nos amoneat: et exemplis sanctorum nos erigit. Idcirco sponte sue prius ut surgeret ammonendo precepit: et deinde exemplum sanctorum ad cognitionem adduxit: et post exemplorum exhibitionem iterum se ad precepti coniunctionem conuerit dicens:

**S**urge amica mea: soror mea: et veni columba mea in foraminibus petre in caverna matricerie.]

**S**urgit anima cum a peccati perpetratione se erigit. Venit cum per bona opera desiderij sancti passionis sanctis ad celestia tendit. Sancta eterni mens cum preterite vite turpitudines perficit: cum peccata sua enumerat que fecit: mox secum in conscientia erubescit: et quecumque in mundo dilexit: ad odiu sibi transferens sterlum se purificat: et ipsa penitentia facta robustior ab omnibus iniquitatibus etiam exilit: et ab omni torpore negligenter se excutit: ut iam infinitis cogitationibus non laceat: sed ad appetendam inutilia per sancta desideria se extendet. Hec itaque mens surgit et venit: quia et a corporis infirmitate per cojunctionem se erigit: illi

super Cantica cantorum Cap. II

sanctis studijs se exercēs: ad eterna pedibus amoris currit. Per foramina autē perte vulnera manū xpī in cruce pendētis libēter intellexerim. Cauernā vero macte vulnus lateris qd lācea factū est: eodē sensu dixerim. Et bene colūba in foraminib⁹ petre: t in cauerne macerē esse dicis: quia dum in crucis recordatiō patiētiam xpī imitātū ipa vulnera propter exemplū ad memoriam reducit: quasi colūba in foraminib⁹ petre: sic simplex anima in vulnerib⁹ nutrimentiū quo cōuaserat: inuenit. Possunt tamē per foramina petre incarnationis xpī sacramēta signari: per cauerne macerē ipa protectio an gelice custodie figurari. In qua custodia cū anima ponit: bene ei a spōso dicit:

**V**olende mihi faciē tuam: sonet vox tua in auribus meis.] Quid em per faciem: nisi fidem qua a deo cognoscimur: accipim⁹? Et quid per vocē: nisi predicationē intelligimus? Sed precipit spōsus: vt ei sponsa faciē suam ostēdat: quia quicqz le fidem dicit habere: necesse est: vi bonis operibus se exerceat: vt in operibus exterioribus fides interior immotet. Sed et opera: necesse est vt vox predicationis sequat: quia quicqz in sanctis operibus perfecte se dilatat: cōsequens est vt ad eandem facienda proximos quosqz exhibetur. Ideo sequitur:

**v**ox enim tua dulcis: t facies tua decora.] Tūc enim t vox placet: t facies decora: qn t opa predicatione sequitur: rursus predicatione bona opera comitant: huiusmōi predictoribus consequenter dicitur:

**C**apite nobis vultes parvulas: que demoliunt vineas.] Per vultes hereticī: per vineas singule ecclesie designant. Sed vultes vineas demoliunt: quia per hereticos ecclesie a recte fidei viriditate explicant. Que bene parvule dicunt: quia quis contra veritatem insutus superbiat: exterius in verbis tamen humilitate per simulationē secent. Que

tūc a sanctis p̄dicatorib⁹ capiūtur: quādo instantē altricatiō sententijs veritatis cōincunē. Predicatores quippe sancti aliquādo canes per similitudinē dicuntur: quia predicationib⁹ assiduis quasi latribus importunis: aduersarios quosqz a grege ouii arcere nitunt. Iti canes vultes xpī capiūt: quia ducent suū dum fideliter diligūt: pro eius amore laborantes: tergiuerantes hereticos ab inuolutiōib⁹ questionib⁹: quasi a tenebrosis caueis ad lucem veritatis educūt. Qualiter vultus demoliti timeat: manifestat cū dicit:

**a** **J**am vinea nostra floruit.] Vinea quippe floruit: quia sancta ecclesia per baptisimū filios ad dei nouā conuersationē perduxit. Quibus timendū est: ne ab hereticis dep̄auent: quia dū quicqz fideles innouitatē christi regenerant: quo quicqz tenerior est: eo citius ad puritatē seducit. Floribus omnino timendū est ne pereat: quia dum adhuc quicqz ad perfectionē per exercitiū diuturnū non conuoluit: facile si a dente venenosō mordeat ab hoc quod nactus fuerat: euaneat. Perfecta em⁹ queqz anīa in quo se iam diu exercuit: facile nō amittit: qui a quo frequētius palato intimo qd dulcis sit dominus gustauit: eo constantius sponsi rectitudinē tenet: t distracta fastidit. Que psequitur conueniēter: t dicit:

**b** **D**ilectus meus mihi t ego illi.] Ac si diceret: Dilecti mei a misericordia constāter teneo: quia eius constantē bent uolentia erga me sentio: quia dū eius familiaritatē benignā habeo: durū est quod ei aduersum inimicos lairates audio: et dum in eius assiduitate qualis sit video: si quid erroris proferūtur aduersarij a veritate qd in eius visione cognoui nō recebo. De quo bene sequitur:

**c** **Q**ui pascitur inter lilia: donec aspiret dies: t inclinetur vmbre.] Quid per lilia: nisi mude anime designatur? Que dū castitatis candorē retinet: per bone fame opinionē p̄stmis quibus.

## Expositio beati

¶ suauiter olen. Inter illia sponsus ergo pascit: quia proculdubio animarū castitate delectat: que et in se mundiciā carnis conseruāt: et per nitidas cogitationes corā eo placet: et extra primitis quasi odoris suavitatem donant. Dies vero aspirabit: et vmbrae inclinabuntur: quādō vita eterna apparebit: et presens vita finietur. Hic quippe nos est ibi dies erit: quia hic in visione veritatis caligamus: ubi deus ipse tota veritas mētibus elucebat. Ad hanc proorsus diē sancte anime eniuntur: et perueniant propter hāc iusticiā illibatum: in quantū possunt conseruāt: et quia sine christo nihil possunt eius auxiliū invocant: eius familiaritatē desiderant. Quarū dū mētem cōsiderat: prope est benignus: et adiuvat: et quo amplius proficit: familiarius semper amat: donec finitis tenebris mundi ad vite eterne lucez perfectas educat. Quā lucem quia valde desiderat: eangcum dñs ad iudicium venerit: videndā esse putant. Idcirco cū desiderio dicens:  
dd. [Reuertere: similis esto capree: hinnuloꝝ ceruorū super montes bethel.]

A nobis dilectus corporaliter tūc abiit: quādō post resurrectionē in celū ascendit. Tunc autē reuertet quando in fine mēdi resuscitatis corporibus hominū omnib⁹ in iudicio manifestabit. Qui vere similis capree et hinnulo ceruorū apparebit: quia in carne nostra veniens ad iudicium omnibus se mōstrabit. Per caprē enim que mundū est animal: ecclesia designat: que dum in celestibus mēte habitat: quasi in montibus pascit. Per cernos autē quid aliud: patres antiqui designant: ex quo rū carne xp̄us natus: quasi hinnulus certior mēdo est presentans. Bethel autē domus dei interpretat: que bene ecclesia dicit dicens: q̄r in ea minus habitat vñs per fidem corda nostra mundans. Super mōtes ergo bethel simul capree hinnulorū ceruorum apparebit: quia in eadem humanitatis forma ad iudicium veniet: quam

## Gregorij pape

ab ecclesia sumpsit: quando in hoc mēdo ex patrū progenie: quasi hinnulus ex cœlis natus fuit. Quere et similes capree et super montes apparebit: quia ex huminitatis quidem similis ecclesia erit: et tamē super ipsos summos: qui quasi montes excellunt: in ecclesia sublimior eminet. Qui dum venire moretur: quia eum semper sancta anima perquirere nittitur. Ideo sequitur.

### Capitulum. III ¶ lectulo meo per noctes quesui quem diligit anima mea.]

Lectulū sibi sancta anima in nocte facit: dum omnes perturbationes mundi fugias: secretum componat in quo requiescat. In hoc lectulo quem diligis: querit: quia dū ab omnibus sollicitudinibus mundi vacat: in eius inquisitiōe quomodo ad illas peruenient non quiescit. Morandū est autem: quia per noctes querit: qui modo in hoc mēdo vivit: et perfecte tenebras temporalitatis a se nonlexxit. Quas quo grauiores patitur: eo feruentius queret cum quo inuenito tenebras amplius non patiat. Sed quia quē querit: nunq̄ perfette in hoc mēdo inuenit. Ideo subiungit.

### ¶ quesui illū et nō inueni.] ¶ Quis vero maximo desiderio eluat: et quicquid tenet ei non sufficit: donec dilectrum inueniat: ideo constantiam inquisitionis subiungit dicens:

Surgam et circuibo per ciuitatem: per vicos et plateas: quemque diligat anima mea.]

¶ Quid per ciuitatem in hoc loco nisi ecclesiam: quid per vicos ciuitatis: nisi spirituales quos accipimus? Qui dum ad celestia toto corde gradiuatur: angusta viam tenent qua ad vitam perducant. Per plateas autem seculares designant: qui dum voluptates suas multas sequuntur latas vias gradiuatur. Surgit ergo sponsa